



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

In die lune resurrectionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

## In die lune resurrectionis.

enlosus. representas xpi passionē  
et ipsum xpm passum. ideo etiā  
debet adorari adoratione latricie  
nō ppter se s; ppter xpm passū.  
et eius passionē quaz representat  
sicut etiā xpi imago. Et ideo si  
ue fluxerit de corpore christi si  
ue non. non est error nisi asserat  
q̄ de corpore xpi fluxerit. qd̄ vt  
puto non faciūt. Nec Jobes de  
poliaco. ¶ Ad tertiā r̄ndetur. s; q̄  
etiā alij humores resurgent s; ab  
latis qualitatibus eorū. ¶ In  
Augu. Valer em̄ diuina potētia  
de ista visibili atq; tractabili na  
tura corporū quibusdā manentis  
bus auferre quas voluerit qua  
litates vt absit labes s; corrup  
tionis. absit effigies. absit mo  
tio absit fatigatio. absit vicendi  
tas. Et hoc de ista questione pro  
nunc. ¶ Cōfirmat aut̄ totum qd̄  
dictum est id qd̄ legitur in dire  
ctorio inquisitionis q̄ clemens  
sextus informatus p̄ patrem ni  
colauū roselli ordinis p̄dicato  
rum inquisitorē heretice prauis  
tatis in p̄tibus arogantie et cata  
lonie q̄ in catalonia in ciuitate  
barcinonensi. publice p̄dicaba  
tur q̄ in sanguine xpi aspero in  
parasceue non remansit diuini  
tas. nec sāguis ille erat deifica  
tus habito solemnī p̄silio magi  
stroꝝ et alioꝝ mādauit p̄ suas  
patentes litteras dicto inq̄sitori  
quatinus dictum articulū vt he  
reticalem et erroneū faceret pu  
blice reuocari atq; solemniter cō

demnari. et sic ipse inquisitor fe  
cit in ecclesia cathedrali publice  
barcinonensi dictum articulū  
velut hereticalem condemnari.  
hoc in directorio inquisitionis.



In die lune legit ead̄ geluz. In illo tpe. Dicitur ex discipulis et. Lu. xxiij. Circa qd̄ p̄ disputari fo  
queres q̄s

nes. ¶ Prima vtrū pueniēs fuit vt xps. i alia effugiet discipulis appareret. ¶ Secūda. vtrū pueniēs fuit q̄ xps veritate resur rectionis sue argumentis p̄bau rit. ¶ Tertia. vtrum argumentū q̄ xps iduxit sufficēter manū stauerit resurrectionis ei⁹.



D prima questione p̄cedit. ¶ q. lv. ar. iii. Et videtur qd̄ xps nō debet in alia effigie discipulis p̄ parere. ¶

mo sic. Non potest appariere quid s̄m veritate nisi qd̄ est. ¶ christo nō fuit nisi vna effigies si ergo in alia apparuit non fuit apparitio vera sed ficta. sed hoc est incōueniens xpo. qz vt dicit Augustinus libro. lxxij. q. Et fallit veritas non est. Est autem

In die lune resurrectionis. fo. lxxxvi.

christus veritas. ergo non debuit in alia effigie apparere. ¶ Secundo sic. Nihil potest in alia effigie appere quod habeat nisi oculi intuentium aliquibus prestigiis detineantur. sed huiusmodi prestigiis cum fiant magicis artibus non veniebant christo. secundum illud. i. loz. vj. Que venientia christi ad bellial. ergo videtur quod non fuit veniens quod in alia effigie christus appareret. ¶ Tertio sicut dicit Augu. in epistola ad hieronymum. si vel vnus mendacium in sacra scriptura inueniat. infirmabit tota sacre scripture auctoritas. ergo si militer si vel in vna apparitione christus discipulis apparuit aliter quod esset. in firmabitur quicquid post resurrectionem viderunt in christo. quod est inconueniens. non ergo debuit in alia effigie apparere. ¶ In oppositum est euangeliz. Dicitur enim Marc. vi. Post hoc duobus ex eis ambulanti ostensus est in alia effigie euntibus in villa. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. quod veniens fuit ut christus in alia effigie appareret discipulis suis post resurrectionem suam etus resurrectionem non credentibus. Que conclusio probatur sic. Resurrectio christi manifestanda fuit hominibus per modum quo eis diuina reuelant. Innotescunt autem diuina hominibus secundum quod diuersimode sunt affecti. Nam illi qui habent mentem bene dispositam secundum veritatem diuinam percipiunt. Illi autem qui habent mentem

non bene dispositam diuinam percipiunt cum quadam confusione dubietatis vel erroris. Animalis enim homo non percipit ea que sunt spiritus dei. ut dicit. i. loz. ij. Et ideo christus quibusdam ad credendum dispositis post resurrectionem apparuit in sua effigie. illis autem in alia effigie apparuit quoniam iam circa fidem videbant tepescere unde dicebant. Nos sperabamus quod ipse esset redemptor israel. ¶ In Grego. dicit in omelia. quod tale se eis exhibuit in corpore qualis apud illos erat in mente. quod enim adhuc in eorum cordibus peregrinis erat in fide. ire se loquutus fingit ac si esset peregrinus. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quod sicut dicit Augu. in libro de concordia euangeliz. non omne quod fingimus mendacium est. sed quod fingimus quod nihil significat tunc est mendacium. cum autem fictio nostra referat ad aliquam significationem. non est mendacium. sed aliqua figura veritatis. alias omnia que a sapientibus et sanctis viris. vel etiam ab ipso domino figurate dicta sunt mendacia reputabuntur. quia secundum visitatum intellectum non consistit veritas in talibus dictis. sicut autem dicta. ita etiam finguntur facta sine mendatio ad aliquam rem significandam. et ita factum est hic. ut dictum est. ¶ Ad secundam respondetur iuxta Augustinum et habetur in glossa

In die lune resurrectionis.

ordinaria. q̄ non incōgruenter  
d̄ hoc impedimentuz in oculis  
a sarp̄ana fuisse ne agnosceret  
iesus. Unde in euāgelio p̄nti d̄  
q̄ oculi eoz tenebantur ne eum  
agnoscerent. Et illa detentio vo  
cat. auris̄a. de qua in glo. Beñ.  
xix. In scripto vero tertio (disti.  
xxj. q. ij. arti. iij. q. j. ad. ij.) dicit  
sanctus Thomas sic. q̄ potest di  
ci q̄ quis visui discipuloz re  
presentaretur pp̄ria species in  
qua soliti erāt videre xp̄m. tamē  
diuina virtute impediēbant vi  
res iteriores ne sequerentur in  
dictum de persona illa que esset  
vt sic ea que exteri⁹ agebat cō  
formarentur his que interi⁹ con  
tingebant in ip̄is. vt p̄ntem habe  
rent ⁊ non cognoscerent. q̄ ama  
bant s̄ dubitabant. vt dicit Bre  
gorius. Ad tertiam respōdet.  
q̄ ratio illa sequeretur. vt dicit  
sanctus Thomas in tertia p̄te. si  
ab aliene effigie aspectu nō fuis  
sent reducti ad vere videndum  
christi effigiem. sicut enim Au  
gustinus ibidē dicit tantū a xp̄o  
facta est p̄missio. scilicet vt p̄  
dicto modo oculi eozum tenerē  
tur vsq̄ ad sacramentum panis.  
vt vnitatem corporis eius partici  
pata remoueri intelligatur im  
pedimentum inimici vt christus  
possit agnosci. Unde ibidē sub  
ditur q̄ aperti sunt oculi eo  
rum et cognouerunt eum. non  
q̄ ante clausis oculis ambula  
rent. sed inerat aliquid quo non  
finerentur agnoscere quid vide

bant. quod. scilicet caligo et alio  
quis humor solet efficere.



**D** secundas  
questiones sic  
pceditur. (C.  
p. q. lv. ar. v.)  
Et videtur q̄  
non fuerit co  
ueniens xp̄m  
argumentis resurrectiones  
probare. Primo sic. Dicit  
Ambrosius. Tolle argumenta  
fides queritur. s̄ de resurre  
ne queritur fides. ergo argum  
ta ad resurrectionē pbanda fu  
ri non debuerūt. Secūdo sic  
Gregorius dicit. Fides non  
bet meritum cui humana ratio  
prebet experimentuz. s̄ ad op̄  
itum non pertinebat meritum  
dei euacuare. ergo ad eum  
pertinebat resurrectionem  
argumenta confirmare. Tertio  
sic. (vt arguit. ij. sen. di. ij.  
q. ij. ar. ij.) Aut illa argum  
fuerunt sufficientia ad pbā  
resurrectionem aut nō si nō  
videtur ad impfectionē argum  
ta inducentis redundare. si  
runt sufficientia. ⁊ argum  
sufficiēs facit scientiā vel op̄  
tionem que non stat simul  
de que est de non apparente  
ergo videtur q̄ argumenta  
euacuerunt fidem ⁊ absterunt  
meritum eius. Quarto sic  
cut est fides de resurrectione  
de alijs articulis. s̄ ad alios  
tículos non induxit aliqua arg

...tōris. Quadri aut die vā  
...mōti

In die lune resurrectionis. fo. lxxxviiij.

menta probatua ergo nec ad resurrectionem inducere debuit. In opposituz est illud Actu. i. qd apparuit discipulis iesus per dies quadraginta in multis argumentis et loquens de regno dei. Respondeo notandū. qd argumentuz dupliciter dicitur. Quādoqz em̄ dicitur argumentū quocumqz ratio rei dubie faciens fidem. Quādo autē dicitur argumentum aliqd signuz sensibile qd inducitur ad alicuius veritatis manifestationem. sicut etiam Aristoteles aliquādo in libris suis vtitur nomine argumenti. Capiēdo p̄mo modo argumentū est conclusio. qd christus non pbavit discipulis suis resurrectionez per argumenta. Patet conclusio. qz talis pbatio argumentatua procedit ex aliquibz principiis. que si non essent nota discipulis. nihil p̄ ea eis manifestaret. qz ex ignotis non potest aliquid fieri notum. Si autem essent eis nota. non transcenderent rationez humanam. et ideo non essent alicuius efficacitē ad fidez resurrectionis ostendendam que rationem humanaz excedit. Dportet em̄ principia ex eodez genere assumi. vt dī p̄mo posterior. Probavit autem eis resurrectionez per auctoritatem sacre scripture. que est fidei fundamentum. quādo dixit eis. Dportet impleri omnia que scripta sūt in lege et psalmis et prophetis de me. vt habetur in euangelio hodie

no. Si autem accipiatur secundo modo argumentū. sic est conclusio secunda. qd xps suam resurrectionem argumentis declaravit. inq̄tum per quedam eius dentissima signa se vere resurrexisse ostendit. Que quidez signa resurrectionis sue christus ostendit discipulis suis conuenienter propter duo. Primo quidez quia non erant corda eorum disposita ad hoc qd de facili fidem resurrectionis acciperent. Unde ipse dixit eis. vt p̄tz in euangelio presenti. O stulti et tardi corde ad credendum. et Mar. ultimo. Erprobauit incredulitatem eorum et duriciam cordis. Secundo. vt per huiusmodi signa eis ostēsa efficacius et testimoniū redderent. sicut illud s. Iohannis p̄mo. Quod vidim⁹ et audim⁹ et manus nostre contractauerūt hoc testamur. Ad rationes in oppositū. Ad primam respondetur. qd ambrosius ibi loquitur de argumentis sicut rationem humanam procedentibus que inualida sunt ad ea que sunt fidei ostendenda. sicut dictum est. Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia merituz fidei ex hoc est qd homo ex mandato dei credit que non videt. Unde illa sola ratio meritum excludit que facit videri p̄ scientiam id quod credendum proponitur. et talis est ratio demonstratua. Duiusmodi autē rationes

### In die lune resurrectionis domini.

christus non inducit ad resurrectionem suam declaranda. Ad tertiam per responsio ex dictis quibus argumenta christi non sunt argumenta per rationes demonstratiuas que scientiam faciunt quia tales ut dictum est non habent hic locum. et ideo ista argumenta inducta per christum in suo genere fuerint sufficientia ad probandum resurrectionem suam. ut ostendit infra in questione sequenti. non tamen tulerunt fidem nec abstulerunt meritum. Ad quartam respondetur negando consequentiam. et ratio est. quia articuli fidei quidam sunt de diuinitate tantum. et isti non possunt ad sensum probari. sed vel per miracula vel per auctoritates et sic probati sunt. Quidam autem sunt de humanitate unita diuinitati. et isti etiam ad sensum probati sunt. sed quia passio et ascensio in seipsis uisa sunt. resurrectio autem non. et ideo signa resurrectionis uisibiliter ostendere oportuit ex quibus conferendo ad veritatem resurrectionis perueniretur etc.



**D**tertiam questionem sic procedit. (iiij. par. q. lv. art. vj.) Et videtur quod argumenta quod christus inducit non sufficienter manifestauerunt resurrectionis eius veritatem. **P**rimo sic. nihil ostendit christus post resurrectionem discipulis quod

etiam angeli hominibus apparentes vel non ostenderunt vel non ostendere potuerunt. Nam angeli in humana specie frequenter hominibus ostenderunt et cum eis loquebantur et uersabantur et etiam timebant ac si essent homines uel sicut patet Gen. xviij. de angelis quos abraham suscepit hospitem. Et in libro thobie. de angelo dicitur duxit et reduxit. et tamen angeli non habent uera corpora naturalia. et eis unita. quod requiritur ad resurrectionem. non ergo signa que discipulis exhibuit fuerunt sufficientia ad resurrectionem eius manifestanda. **S**ecundo sic. christus surrexit resurrectione gloriose habens simul humanam naturam et gloriam. sed quedam christus ostendit discipulis que uidentur esse contra naturam humane. sicut quod ab eis uolens eorum euanuit. ut patet in primo euangelio. et quod ad eos iam clausis introiuit. ut in euangelio crastine diei habet. Quedam uidentur esse contraria glorie patet quod manducauit et bibit. quod etiam habuit vulnera et cicatrices. **E**t videtur quod illa argumenta non fuerunt sufficientia. nec uenerunt ad fidem resurrectionis ostendendam. **T**ertio sic. corpus christi post resurrectionem non erat tale quod tamen deberet ab homine mortuo. **U**bi ipse dixit magdalene. **N**oli me tangere. non enim ascendi ad patrem meum. non enim conueniens fuit quod ad manifestationem sue resurrectionis fieret

In die lune resurrectionis. Fo. lxxxix.

seipsum discipulis palpabilem exhibuit. Quarto sic, inter doctores glorificati corporis precipua videtur esse claritas, gloria tamen in resurrectione nullo argumento ostendit, ergo nunc in sufficiencia fuerunt illa argumenta ad manifestanda qualitate resurrectionis christi. In oppositum est, quod christus cum sit sapientia suauiter et conuenienter disponit omnia, ut dicitur Sapientia, viij. Rideo dicendum sub ista conclusione, Argumenta que christus inducit, sufficienter manifestarunt veritatem sue resurrectionis. Pro qua conclusione est notandum, quod christus resurrectionem suam dupliciter manifestauit, scilicet testimonio et argumento, idem signo et utraque manifestatio in suo genere fuit sufficiens. Est enim usus duplici testimonio ad manifestanda suam resurrectionem discipulis, quorum neutrum potest refelli, quorum quidem primum testimonium est angelorum, qui mulieribus resurrectionem annunciarunt, ut patet per omnes euangelistas. Aliud autem est testimonium scripturarum, quas ipse proposuit ad ostensionem sue resurrectionis, ut dicitur in presenti euangelio. Argumenta etiam fuerunt sufficiencia ad ostendam veram resurrectionem et etiam gloriosam. Quod autem fuerit haec resurrectio ostendit, uno modo ex parte corporis. Circa quod tria ostendit. Primo quod esset corpus verum et solidum,

non corpus fantasticum vel rarum, sicut est aer, et hoc ostendit per hoc quod corpus suum palpabile prebuit. Unde ipse dicit Luce, vlt. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet. Secundo ostendit quod esset corpus humanum, ostendendo eis veram effigiem quam oculis intuerentur. Tertio ostendit eis quod esset idem numero corpus quod prius habuerat, ostendendo eis vulnerum cicatrices. Unde Luce vltimo legitur quod dixit eis, Videte manus meas et pedes meos: quia ego ipse sum. Alio modo ostendit eis veritatem sue resurrectionis ex parte anime iterato corpori vincte. Et hoc ostendit per opera triplicis vite. Primo quidem per opus vite nutritive, in hoc quod cum discipulis manducauit et bibit, ut legitur Luc, vlt. in euangelio presenti. Secundo per opera vite sentitive, in hoc quod cum discipulis ad interrogata respondebat, et presentes salutabat, ostendebat se videre et audire. Tertio per opera vite intellective in eo quod cum eo loquebantur, et de scripturis disserabant. Et ne quid deesset ad perfectionem manifestationis ostendit etiam se habere diuinam naturam per miraculum quod fecit in piscibus capiendis, et ulterius per hoc quod ipsis videntibus ascendit in celum, quia ut dicitur Job, iij. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Gloria etiam sue res

### In die lune resurrectionis.

surrectionis ostendit discipulis per hoc qd ad eos clausis iannis intravit. Similiter etiā ad proprietatē glorie pertinebat qd subito ab oculis discipulorū evanuit. vt dicit in euāgelio p̄senti qd per hoc ostēdebat. qd in potestate eius erat videri et nō videri. qd pertinet ad p̄ditionē corporis glorioſi. vt dictū est. Ad rationes in oppositū. Ad primam rīdetur dupliciter. Primo qd lz singula argumētōz nō sufficerent ad manifestandā xp̄i resurrectionē. omnia tñ simul accepta perfecte xp̄i resurrectionem manifestauerunt maxime ppter scripture testimoniū et angelorū dicta. et ipſi xp̄i assertio nem. miraculis cōfirmatā. Secundo rīdetur qd nō est simile de apparitione et māducaſione angelorū et xp̄i. Nam angeli appaſentes nō asserēbāt se hoies esse sicut asseruit xp̄s se verū hoiem esse. Preterea aliter xp̄s māducauit et aliter angeli. Nam quia corpora ab angelis assumpta nō erant corpora vna vel aiata nō erat vna comestio. lz esset ibi vera cōtritio et traiectio ad interiorē partē corporis assūpti. vñ rāgelus dicit Thob. xij. Cum essem vobiscū videbar quidē māducare et bibere vobiscū. sed ego cibo inuisibili vtoz. sed quia corpus xp̄i fuit vere animatū. vera fuit eius comestio. sed tñ facta ad pbandūz veritatē nature que manet in statu glorie q̄tūm ad oēs

potentias et membra. lz nō manent vsus omnium potentiarū et membrorū. qz nō inest necessitas et ideo dicit beda. qd xp̄s māducauit potestate. non egestate. Ad scđam rīdetur negādo cōsequentia. Et ratio est. quia argumēta que inducebat xp̄s. quēdam inducebat ad pbandā veritatem nature humane. quēdam ad probandū gloriā resurrectionis. Conditio autem nature humane fm qd in se consideratur quantū scilz ad statum presentem cōtrariatur p̄ditioni glorie. fm illud. j. Loz. xv. Seminatur in infirmitate. et resurget in virtute. Et ideo ea que inducunt ad ostendendū conditionē glorie ostendunt habere contrarietate ad naturam nō simpliciter sed fm statum presentem et ecomerſo. Unde gregorius dicit in omel. qd duo mira et supra humanā rationem sibi valde cōtraria ostendit. cū post resurrectionem corpus suum etiam incorruptibile et tñ palpabile demonstravit. Ad tertiā respōdetur. negando assumptū. Nam lz illud de magdalena intelligatur in misterio factum. qz carnaliter adhuc in eum credebat quem sicut hominem flebat. tamen salibi magdalena legitur xp̄m tetigisse. quod simul cum alijs mulieribus accessit et tenuit pedes eius. Ad quartā rīdetur negando p̄nam. Et ratio est. quia sicut augustinus dicit ad orosium. Et

1025. Quadri die die

1025. Quadri die die



ificata carne deus resurrexit. sed noluit in ea clarificatione discipulis apparere. quia non possent oculis talem claritatem perspicere. si enim antequam moreretur pro nobis resurgeret. quoniam transfiguratus est in monte. discipuli sui eum videre non potuerunt. quoniam magis clarificata carne domini eum videre non possent.



**D**e martis est euangelium. In illo tempore. Stetit iesus etc. Luce ultimo. Circa quod possunt

disputari sequentes questiones. **P**rima. utrum conueniens fuit christum resurgere cum cicatricibus. **S**ecunda. utrum conuenienter christus a discipulis discipulis se exhibuit. **T**ertia. utrum christus post resurrectionem vere comedit incorporando sibi cibum.



**D** primas questiones sic procedit. (ii. par. q. liii. ar. iij.) Et videtur quod non fuerit conueniens christus resurgere cum cicatricibus.

**P**rimo sic dicitur enim. s. 1. cor. xv. quod mortui resurgent incorrupti. sed cicatrices et vulnera videtur ad aliquam corruptionem

et defectum pertinere. non ergo fuit conueniens ut christus qui resurrectionis actor est cum cicatricibus resurgeret. **S**ecundo sic. corpus christi integrum resurrexit. sed aperture vulnorum contrariantur integritati corporis. quia per eas discontinuatur corpus. ergo inconueniens fuit cum illis resurgere. **T**ertio sic. (ut arguitur. ii. senten. distinctione vigesima prima. questione secunda. articulo quarto. questionula tertia.) Status resurgentium est status immutabilitatis. ergo christus in seipso non debuit demonstrare nisi quod semper futurum in eo erat. sed cicatrices non semper in eo manere debebant. quia dicitur dantescenus quod tantum sine dispensationem fuerunt in eo. ergo non fuit conueniens ut christus cum illis resurgeret. **I**n oppositum est euangelium presens. **R**espondeo dicendum sub ista conclusionem. Conueniens fuit ut christus cum cicatricibus resurgeret. **P**robatur conclusio. Decet victorem insignia sue victoriae habere et ostendere. sed sicut dicit augustinus libro de ciuitate dei. Cicatrices vulnorum christi fuerunt victoriae sue indicia. ergo decuit ut eas haberet et ostenderet. **U**nde dicitur beda super lucam. Non ex impotentia curandi cicatrices christus seruauit. sed ut in perpetuum victoriae sue circumferat triumphum. **S**ecundo fuit conueniens ad